



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

[Introductio.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

INTRODUCTIO.

Ecce tempus tuum, tempus amantium,
 vel, ut alij legunt, tempus amoris, vel,
 amorum. (Ezech. 16. 8.) Tempus vitæ
 nostræ, dicit DEUS, est tempus dedica-
 tum & consecratum sancto Amori.
 Ergo non ad alium finem servire debet: Sicut vas
 consecratum cultui divino, inidoneum redditur ad
 usus profanos. Tempus tuum, inquit; tuum, ô homo,
 quod ad amandum es natus. Si ergo finis tuæ creatio-
 nis est Amor, tempus, quod tibi concessum est, non
 est in rem, quàm in Amorem, debes expendere.
 Tempus amoris; quia aliud eo tempore agere non licet,
 quàm amare. Sicut tempus studiorum dicitur, quo
 vacatur, quàm studiis: tempus dormiendi,
 quod nihil sit aliud, quàm ut somnus capiatur. Cum
 ergo totum tempus nostrum sit amoris, totum amori
 impedi debet. Amor tempus occupet, ac totum id
 quidem, omnes dies, omnes horas, omnia momenta.
 Tempus amoris, tempus amorosum; quia totum
 compositum ex amore, animatum amore, spirans amo-
 rem. Hæc est igitur obligatio tua, ô Christiane, ne
 præterea unquam, non dico dies, sed neque hora unâ,
 vel momentum unum sine amore. Exercitium tuum
 tantum sit, aut amare, aut agere ex amore; amor
 exercitus, aut imperatus. DEUS sit finis amoris, DEUS
 operis: Si amas, non aliud ames, quàm DEUM:
 si quid agis, non pro alio agas, quàm pro DEO. DEUS,
 inquit vita tua, semper sit finis tuus.
 Hæc exemplum Sancti illius, qui dicebat: *Hæc est
 mea assidua exercitatio, totis viribus, & semper,
 amari in DEUM, summum Amorem, & summum Bonum.*
 A (S. Bern.

(S. Bern. de nat. div. amo. c. 2.) Ubi nota duo res
quæ dant formam & regulam amandi, *Terræ virtus*
semper.

Non sufficit hic amor, sed DEUS requirit à nobis
res amores; dicit enim, *Tempus amorem*: non
sed duorum. Quia debemus amare DEUM
& intensivè in se. & extensivè in suis creaturis, scilicet
in nostro. Hoc est tempus tuum, tempus amandi
hoc est tempus tuum proprium, & Ch. illi amandi
nians, amate DEUM, & ejus imaginem; DEUM
participationem; amate DEUM, & adoptivos filios
qui sunt nostri proximi.

Ergo ad satisfaciendum huic obligationi, in
mur Scholam Seraphinorum, Scholam Sancti
ubi velut Magistra præsidet Mater divini Amoris
gloriosa. Ubi docetur modus, quo amandum est
num Bonum, & summe amabilis DEUS. In
sanctum exercitium invitant Seraphini: non
usus ad alium affectum, in hunc toto pectore
mus. Ne vero quis causetur difficultatem amandi
nesciat, quâ meditatione ignis hic excitandus
tib, proponuntur aliqua exercitationes de amor
no ut singulis diebus habeas, quo te secundum
tionis tuæ rationes exerceas.

Precor Matrem Dei, quæ est Mater pulcherrima
nis, (Ecl. 24.) ut lingua mea sit calamus
(Psal. 44.) dicendo de DEO, quod DEUS in
quendo de amore, quod amor docet: & mecum
loquatur de amore, nisi possideatur ab eodem
Qui a illo solus de caritate dignè loquitur, qui cum
te verba componit. (Rich. viii de grad. car. c. 1.)
pius in corde DEUS, & postea cor, tanquam
Amoris, explicet suum amorem. Atque docetur
divini amoris implebitur secundum doctrinam
traditum à Ch. illo, pro remota præparatio
ad bonam mortem. *Lucerna ardens*
operatio boni, operatio amoris.
(Luc. 22 S. Aug.)

LIBE